



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Praxis Cvræ Pastoralis Præcipve Circa Repentina &  
Generaliora**

**Possevino, Giovanni Battista Bernardino**

**Coloniæ Agrippinæ, 1645**

Quæ sint initio Confessionis facienda.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42220**

dó id sit; si non esse talem inueniat, quam pri-  
mum ad aliū qui absoluendi potestatem ha-  
bet, remittat; sī aliter est, & tamen nihilo se-  
cūs pœnitentem satis non agnoscit, quærat se-  
cundo loco: quo in statu res eius sint, cuius ipse  
conditionis sit, quam professionem, aut artem  
tractet, quod officij genus, ut plurimum, exer-  
ceat: interrogabit deinde, quantum tempo-  
ris intercessit, postquam confessus est, iñterim  
in memoriam ei redigeus, quam magnū emo-  
lumentum parere soleat crebrò iterata confes-  
sio: tum petet vtrum pœnitentiæ nuper præ-  
scriptæ sibi fecerit satis: quærat etiam, si norit  
articulos Fidei, præcepta Decalogi, & S. Ma-  
tris Ecclesiæ: quod si nesciat, tum se geret eo  
modo cum pœnitente, quem inferius indica-  
bimus.

*Quæ sint initio Confessionis facienda.*

Quærat vtrum diligentiam, atque industri-  
am congruentem in conscientia bene exami-  
nanda collocarit; quæ sancta tanit requiritur,  
quanta in negotio quovis maximi ponderis in-  
esse solet: res enim verè operofissima est ad Sa-  
cramentum Pœnitentiæ ritè accedere: atq; hoc  
loco, si necessitas efflagitat, eum de utili quo-  
dam modo examen conscientiæ faciendi insti-  
tuat, quænam ratio sit ad memoriam reuocan-  
di peccata commissa, cum ijs, quæ circumstant  
omnia; nimirum ut ingrediatur in seipsum, vi-  
tæq; tempora speciatim percurrat, initio quidē  
quantum ad ætatum momenta, pueritiæ scilicet  
iuuentutis, & ceterarū pertinet: secundo qua-  
ntum ad status mutationem; quod si uxore in

dux-

duxerit, quomodo ante, quomodo post matrimonium contractum sese gesserit: tertio quantum facit ad vicissitudines humanæ vitæ, in rebus prosperis videlicet & aduersis, in sanitate & & ægritudine, tempora varia, officia diuersa, quæ exercevit, sodalitia, loca, regiones, in quibus egit & versatus est, circa hæc omnia videat, an corde, lingua, vel opere peccauerit aliquando.

*Confessionis conditiones.*

Ad hæc conditiones quæ ad confessionem perfectam requiriuntur, quanta poterit breuitate, & facilitate illi proponet: poterit verò ad quatuor, vel quinque præcipuas reducere illas sexdecim à Doctoribus sæpè commemoratas, quæ his verbis continentur:

*Sit simplex, humilis confessio, pura, fidelis,*

*Atque frequens, nuda, & discreta, libens, ve-*  
*recunda.*

*Integra, secreta, & lacrymabilis, accelerata,*  
*Fortis, & accusans, & sit parere parata.*

Rogabit an recordetur se, vel in casum aliquem reseruatum, excommunicationem incidisse, vel quod aliud impedimentum habere, à quo probabiliter arbitretur, quod absolui non possit, si quid huiusmodi in exordio, vel in ipso decursu confessionis reperiatur, se procedat ulteriorius, sed significet pœnitenti, eum à se absolui non posse, verum necessarium esse, ut auctoribus, aut Pœnitentiariori maiori Ecclesiæ nostræ Metropolitanæ, aut alteri, cui à similibus absolueri potestas collata est, se exhibeat: si tamen ratio aliqua subsit, cur Confessorius non expedit iudicet, ut pœnitens id agat, tum ipsem et  
ad Pœ-